



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

**Annvs Diervm Illvstrivm Societatis Iesv. siue in Anni dies  
digestæ Mortes Illvstres Eorum qui ex eadem Soc. Iesu, in  
odium fidei, pietatis, &c. ... confecti sunt**

**Nádasi, János**

**Romæ, 1657**

P. Abrahamus Georgius.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-44029**

natus, suspensus, excarnificatus est.

*P. Abrahamus Georgius.*

Hic etiam tum infans, *Maronita.*  
quarta & sexta quavis feria *ad mare rubrum.*  
à sugendo lacte abstinerebat. *April.*  
Cum B. Aloysio ad S. Ioan- *1595.*  
nem in Laterano minoribus *ætat. 32.*  
initiatus ordinibus, postea  
in Lusitania Santarenæ ad-  
mirandam, quæ istic est, Eu-  
charistiæ hostiam adorans  
vidit in illa Christum Cru- *Euchar.*  
ce onustum; à quo animatus *Cruz.*  
est ad mortem, quam intel-  
lexit sibi esse in fidei odium  
inferendam; idque socijs  
latus dixit. Inter summas  
Indiæ ærumnas, deliciarum  
plenus, in hæc identidem  
erumpebat: *O quæ diuitia, o* *Pauper-*  
*quæ diuitia sub sæta ista pau-* *tas.*  
*pertate latent!* In Æthiopiã  
institoris Armemi instar de-  
sti-



*Fides.*

stinatus, à Matthia Albuquerque Prorege agnitus, & amplexu salutatus est; dicente illo: Hæ sunt artes quibus suos in mortis discrimina dat, & oculos mortalium fallit, vt animas lucretur, Societas! Ibi proditus, tentus, & id ad quod istuc ibat fassus, cum iuberetur Christum abijcere, vel saltem id simulare, spe libertatis, mercium, ac dignitatum oblatâ; id execratus, in carcerem detrusus est. Inde eductus, iussus est vel mori, vel dicere: Alius non est Deus, quàm Deus, & Mahometes eius Apostolus; mori elegit; accepitque mortis sententiã. Ad gloriosum supplicium Societatis cultu prodijt, vt Sacerdos, in oppido Delec. Primus gladius in illum vibra-



bratus fractus est : alter leue  
illi vulnus infixit, & fractus  
est : tertio demum cæsus est  
felix . Fuit Abrahamus, ho-  
mo suarum perturbationum  
pacatè potens . Semel in die  
vescebatur : silentij magno-  
perè amans . Dixit quispiam;  
se per illū obtinuisse à Deo  
quædam, & absentis cuius-  
dam futuram in Societate  
defectionem didicisse . Præ-  
dixit; se in Æthiopiam mini-  
mè peruenturum . Saraceni  
ad spectaculum effusi, testati  
sunt, ad eius sepulchrum, per  
iplos 40. dies, faces igne cæ-  
lesti splendidas luxisse . Tres  
etiam aues ignotæ atque  
candidæ locum circumuola-  
re sunt visæ . Omnes illius  
necis authores ante euolu-  
tum 40. dierum interuallum  
extincti; omnibus qui id no-

*Mortif.*

*Oratio .*

*Predictio.  
Faces  
celi.*

ta.



tauere stupentibus. ipse Insulae Gubernator, semestri elapso, capitis supplicium luit.

*P. Iosephus Furlanettus.*

Venetiae illi patria fuit.

*Italus.  
Arima.  
Aprili.  
1593.  
aet. 44.  
Soc. 22.*

Goam difficillimam, & plus quam mille quingentis vectoribus morbo absumptis exitiali nauigatione appulsus, in Scimo Christianos excoluit: Tacazzukij iuuentutem in Seminario rexit: gentiles plures quam ibi, quam in vicinia Christo addixit: & in oppido vnico supra bis mille sexaginta capita baptismo iustravit. In Insula Gotò laboranti sub Tono tyranno Ecclesiae clam succurrit; & veneno à barbaris porrecto quassatus, atroci dolorum vi cruciatus, Arimae tandem gloriosum finem suis doloribus

*Fides.*

ri  
su  
ta

li  
b  
fo  
m  
ra  
tu  
ta  
m  
fu

li  
ca  
P  
9